

LIBER VI  
DE SANCTIONIBUS POENALIBUS IN ECCLESIA  
PARS I  
DE DELICTIS ET POENIS IN GENERE  
TITULUS I  
DE DELICTORUM PUNITIONE GENERATIM

**Can. 1311** - § 1. Nativum et proprium Ecclesiae ius est christifideles poenalibus sanctionibus coercendi qui delicta commiserint.

§ 2. Qui Ecclesiae praeest bonum ipsius communitatis singulorumque christifidelium tueri ac promovere debet caritate pastorali, exemplo vitae, consilio et adhortatione et, si opus sit, etiam poenarum irrogatione vel declaratione, iuxta legis praecepta semper cum aequitate canonica applicanda, prae oculis habens iustitiae restitutionem, rei emendationem et scandali reparationem.

**Can. 1312** - § 1. Sanctiones poenales in Ecclesia sunt:  
1° poenae medicales seu censurae, quae in cann. 1331-1333 recensentur;

2° poenae expiatoriae, de quibus in can. 1336.

§ 2. Lex alias poenas expiatorias constituere potest, quae christifidelem aliquo bono spirituali vel temporalis privent et supernaturali Ecclesiae fini sint consentaneae.

§ 3. Praeterea adhibentur remedia poenalia et paenitentiae de quibus in cann. 1339 et 1340, illa quidem praesertim ad delicta praecavenda, haec potius ad poenam substituendam vel augendam.

TITULUS II  
DE LEGE POENALI AC DE PRAECEPTO POENALI

**Can. 1313** - § 1. Si post delictum commissum lex mutetur, applicanda est lex reo favorabilior.

§ 2. Quod si lex posterior tollat legem vel saltem poenam, haec statim cessat.

**Can. 1314** - Poena ordinarie est ferendae sententiae, ita ut reum non teneat, nisi postquam irrogata sit; est autem latae sententiae si lex vel praeceptum id expresse statuatur, ita ut in eam incurratur ipso facto commissi delicti.

KNIHA VI  
TRESTNÍ SANKCE V CÍRKVI  
ČÁST I  
TRESTNÉ ČINY A TRESTY – OBECNÁ USTANOVENÍ  
STAŤ I  
POSTIHOVÁNÍ TRESTNÝCH ČINŮ OBECNĚ

**Kán. 1311** – § 1. Církev má vrozené a vlastní právo trestat věřící, kteří spáchali trestné činy.

§ 2. Církevní představený má chránit a podporovat dobro společenství a jednotlivců, a to pastorační láskou, životním příkladem, radou či napomenutím, a je-li potřeba, i ukládáním nebo vyhlášením trestů podle zákonných předpisů a vždy za použití kanonické umírněnosti (ekvity) a s ohledem na obnovu spravedlnosti, nápravu pachatele a odstranění pohoršení.

**Kán. 1312** – § 1. V církvi jsou tyto tresty:

1. nápravné tresty neboli cenzury, uvedené v kán. 1331 až 1333;

2. pořádkové tresty, uvedené v kán. 1336.

§ 2. Zákon může stanovit i jiné pořádkové tresty, které odnímají věřícím některá duchovní nebo hmotná dobra a jsou v souladu s nadpřirozeným cílem církve.

§ 3. Kromě toho se použijí trestní opatření a trestní pokání, o nichž pojednávají kán. 1339 a 1340, a to trestní opatření především k předcházení trestným činům a trestní pokání spíše k nahrazení nebo zpřísnění trestu.

STAŤ II  
TRESTNÍ ZÁKON A TRESTNÍ PŘÍKAZ

**Kán. 1313** – § 1. Jestliže byl zákon změněn po spáchání trestného činu, použije se zákon, který je pro pachatele příznivější.

§ 2. Jestliže pozdější zákon zrušil zákon nebo alespoň trest, ihned tento trest zaniká.

**Kán. 1314** – Trest je zpravidla uložený, takže zavazuje viníka až po vynesení trestu; dále existuje samočinný trest, pokud to zákon nebo příkaz výslovně stanoví, takže pachatel upadá do trestu již samotným spácháním trestného činu.

**Can. 1315** - § 1. Qui potestatem habet leges poenales ferendi, potest etiam legem divinam congrua poena munire.

§ 2. Legislator inferior, attento can. 1317, potest insuper:

1° legem a superiore auctoritate latam congrua poena munire, servatis competentiae limitibus ratione territorii vel personarum;  
2° poenis lege universalis in aliquod delictum constitutis alias poenas addere;

3° poenam lege universalis constitutam ut indeterminatam vel facultativam determinare aut obligatoriam reddere.

§ 3. Lex ipsa potest poenam determinare vel prudenti iudicis aestimationi determinandam relinquere.

**Can. 1316** - Curent Episcopi dioecesani ut, quatenus fieri potest, in eadem civitate vel regione uniformes ferantur poenales leges.

**Can. 1317** - Poenae eatenus constituentur, quatenus vere necessariae sint ad aptius providendum ecclesiasticae disciplinae. A legislatore autem inferiore dimissio e statu clericali constitui nequit.

**Can. 1318** - Latae sententiae poenae ne constituentur, nisi forte in singularia quaedam delicta dolosa, quae vel graviori esse possint scandalo vel efficaciter puniri poenis ferendae sententiae non possint; censurae autem, praesertim excommunicatio, ne constituentur, nisi maxima cum moderatione et in sola delicta specialis gravitatis.

**Can. 1319** - § 1. Quatenus quis potest vi potestatis regiminis in foro externo praecepta imponere iuxta praescripta cann. 48-58, eatenus potest etiam poenas determinatas, exceptis expiatoriis perpetuis, per praeceptum comminari.

§ 2. Si praeceptum poenale, re mature perpensa, imponendum sit, servantur quae statuuntur in cann. 1317 et 1318.

**Can. 1320** - In omnibus in quibus religiosi subsunt Ordinario loci, possunt ab eodem poenis coerceri.

**Kán. 1315** – § 1. Kdo má moc vydávat trestní zákony, může stanovit odpovídající trest i za porušení Božího zákona.

§ 2. Nižší zákonodárce, při zachování ustanovení kán. 1317, může kromě toho:

1. stanovit odpovídající trest za porušení zákona vydaného vyšší autoritou, při dodržení kompetence vzhledem k území nebo vůči osobám;  
2. přidat další tresty k trestům stanoveným všeobecným právem za některý trestný čin;  
3. změnit trest stanovený všeobecným právem jako neurčitý nebo fakultativní na určitý nebo obligatorní.

§ 3. Zákon sám může stanovit trest, nebo ponechat jeho stanovení na moudrém uvážení soudce.

**Kán. 1316** – Diecézní biskupové dbají, nakolik je to možné, aby byly v témže státě nebo v téže oblasti vydávány jednotné trestní zákony.

**Kán. 1317** – Tresty se stanovují jen v míře opravdu nutné k lepšímu zachování církevní kázně. Nižší zákonodárce však nesmí stanovit propuštění z klerického stavu.

**Kán. 1318** – Samočinné tresty se stanoví jen za jednotlivé úmyslné trestné činy, které buď mohou způsobit závažnější pohoršení, nebo nemohou být účinně postihovány tresty uloženými; avšak nápravné tresty, hlavně exkomunikace, ať se stanoví jen s největší rozvahou a pouze za zvlášť závažné trestné činy.

**Kán. 1319** – § 1. Nakolik někdo může na základě moci řízení vydávat pro vnější obor příkazy podle kán. 48 až 58, může také trestním příkazem stanovit určité tresty kromě trvalých trestů pořádkových.

§ 2. Trestní příkaz ať se vydává až po zralém uvážení a při zachování ustanovení kán. 1317 a 1318.

**Kán. 1320** – Místní ordinář může trestat řeholníky ve všem, v čem jsou mu podřízeni.

TITULUS III  
DE SUBIECTO POENALIBUS SANCTIONIBUS OBNOXIO

**Can. 1321** - § 1. Quilibet innocens censetur donec contrarium probetur.

§ 2. Nemo punitur, nisi externa legis vel praecepti violatio, ab eo commissa, sit graviter imputabilis ex dolo vel ex culpa.

§ 3. Poena lege vel praecepto statuta is tenetur, qui legem vel praeceptum deliberate violavit; qui vero id egit ex omissione debitae diligentiae, non punitur, nisi lex vel praeceptum aliter caveat.

§ 4. Posita externa violatione, imputabilitas praesumitur, nisi aliud appareat.

**Can. 1322** - Qui habitualiter rationis usu caret, etsi legem vel praeceptum violaverint dum sani videbantur, delicti incapaces habentur.

**Can. 1323** - Nulli poenae est obnoxius qui, cum legem vel praeceptum violavit:

1° sextum decimum aetatis annum nondum explevit;

2° sine culpa ignoravit se legem vel praeceptum violare; ignorantiae autem inadvertentia et error aequiparantur;

3° egit ex vi physica vel ex casu fortuito, quem praevidere vel cui praevisto occurrere non potuit;

4° metu gravi, quamvis relative tantum, coactus egit, aut ex necessitate vel gravi incommodo, nisi tamen actus sit intrinsece malus aut vergat in animarum damnum;

5° legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, debitum servans moderamen;

6° rationis usu carebat, firmis praescriptis can. 1324, § 1, n. 2, et 1326, § 1, n. 4;

7° sine culpa putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in nn. 4 vel 5.

**Can. 1324** - § 1. Violationis auctor non eximitur a poena, sed poena lege vel praecepto statuta temperari debet vel in eius locum poenitentiae adhiberi, si delictum patratum sit:

1° ab eo, qui rationis usum imperfectum tantum habuerit;

2° ab eo qui rationis usu carebat propter ebrietatem aliamve similem mentis perturbationem, quae culpabilis fuerit, firmo praescripto can. 1326, § 1, n. 4;

STAŤ III  
OSOBY PODLÉHAJÍCÍ TRESTŮM

**Kán. 1321** – § 1. Každý je považován za nevinného, dokud není prokázán opak.

§ 2. Trestán je jen ten, kdo se dopustil vnějšího porušení zákona nebo příkazu, které je těžce přičitatelné z důvodu úmyslu nebo nedbalosti.

§ 3. Trestem stanoveným zákonem nebo příkazem je stížen ten, kdo úmyslně porušil zákon nebo příkaz; kdo to však učinil opomenutím povinné péče, není trestán, pokud zákon nebo příkaz nestanoví jinak.

§ 4. Při vnějším porušení se přičitatelnost předpokládá, pokud není zřejmé něco jiného.

**Kán. 1322** – Za nezpůsobilého ke spáchání trestného činu se považuje ten, kdo trvale nemůže užívat rozum, i když se jevil jako zdravý v době, kdy porušil zákon nebo příkaz.

**Kán. 1323** – Trestu nepodléhá ten, kdo v době, kdy porušil zákon nebo příkaz:

1. nedovrší šestnáctý rok věku;

2. bez vlastní viny nevěděl, že porušuje zákon nebo příkaz; na roven nevědomosti se klade nepozornost a omyl;

3. jednal pod vlivem fyzického násilí nebo náhodné události, kterou nemohl předvídat, nebo pokud ji předvídal, nemohl jí zamezit;

4. jednal pod vlivem vážného strachu, i když pouze relativně vážného, nebo z nutnosti nebo závažné nesnáze, pokud však skutek nebyl vnitřně špatný nebo nevedl ke škodě duši;

5. jednal z důvodu oprávněné sebeobrany nebo obrany jiného proti nespravedlivě útočícímu, při zachování náležité přiměřenosti;

6. neměl užívání rozumu, při zachování ustanovení kán. 1324 § 1 odst. 2 a 1326 § 1 odst. 4;

7. domníval se bez vlastní viny, že jedná za některé z okolností popsaných v odstavci 4 nebo 5.

**Kán. 1324** – § 1. Pachatel není zbaven trestní odpovědnosti, avšak zákonem nebo příkazem stanovený trest se musí zmírnit nebo místo něj použít trestní pokání, jestliže trestný čin spáchal:

1. ten, kdo měl pouze nedostatečné užívání rozumu;

2. ten, kdo neměl užívání rozumu vlivem opilosti nebo jiného podobného stavu mysli, které bylo zaviněné, při zachování ustanovení kán. 1326 § 1 odst. 4;

3° ex gravi passionis aestu, qui non omnem tamen mentis deliberationem et voluntatis consensum praecesserit et impederit, et dummodo passio ipsa ne fuerit voluntarie excitata vel nutrita;  
4° a minore, qui aetatem sedecim annorum explevit;  
5° ab eo, qui metu gravi, quamvis relative tantum, coactus est, aut ex necessitate vel gravi incommodo egit, si delictum sit intrinsece malum vel in animarum damnum vergat;  
6° ab eo, qui legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, nec tamen debitum servavit moderamen;  
7° adversus aliquem graviter et iniuste provocantem;  
8° ab eo, qui per errorem, ex sua tamen culpa, putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in can. 1323, nn. 4 vel 5;  
9° ab eo, qui sine culpa ignoravit poenam legi vel praecepto esse adnexam;  
10° ab eo, qui egit sine plena imputabilitate, dummodo haec gravis permanserit.

§ 2. Idem potest iudex facere, si qua alia adsit circumstantia, quae delicti gravitatem deminuat.

§ 3. In circumstantiis, de quibus in § 1, reus poena latae sententiae non tenetur, attamen ad resipiscentiam vel ad scandalum reparationem, ipsi poenae mitiores irrogari vel poenitentiae applicari possunt.

**Can. 1325** - Ignorantia crassa vel supina vel affectata numquam considerari potest in applicandis praescriptis cann. 1323 et 1324.

**Can. 1326** - § 1. Iudex gravior punire debet quam lex vel praeceptum statuit:

1° eum, qui post condemnationem vel poenae declarationem ita delinquere pergit, ut ex adiunctis prudenter eius pertinacia in mala voluntate conici possit;  
2° eum, qui in dignitate aliqua constitutus est, vel qui auctoritate aut officio abusus est ad delictum patrandum;  
3° eum, qui, cum poena in delictum culposum constituta sit, eventum praevideat et nihilominus cautiones ad eum vitandum omisit, quas diligens quilibet adhibuisset;  
4° eum, qui deliquerit in statu ebrietatis aliusve mentis perturbationis, quae sint de industria ad delictum patrandum vel excusandum quaesitae, aut ob passionem voluntarie excitatam vel nutritam.

§ 2. In casibus, de quibus in § 1, si poena constituta sit latae sententiae, alia poena addi potest vel poenitentia.

3. pod vlivem těžkého návalu vášně, který však nezpůsobil plnou ztrátu rozumového uvažování nebo schopnosti projevovat svobodnou vůli či jim nezabránil, a pokud sama vášně nebyla úmyslně vyvolána nebo živena;  
4. nezletilý, který dovršil šestnáctý rok věku;  
5. ten, kdo jednal pod vlivem vážného strachu, i když pouze relativně vážného, nebo z nutnosti nebo závažné nesnáze, jestliže skutek byl vnitřně špatný nebo vedl ke škodě duši;  
6. ten, kdo z důvodu oprávněné sebeobrany nebo obrany jiného jednal proti nespravedlivě útočícímu a nezachoval náležitou přiměřenost;  
7. na tom, kdo závažně a nespravedlivě provokoval;  
8. ten, kdo se na základě omylu, který si sám zavinil, domníval, že jedná za některé z okolností, o nichž pojednává kán. 1323 odst. 4 nebo 5;  
9. ten, kdo bez vlastního zavinění nevěděl, že se k zákonu nebo příkazu váže trest;  
10. ten, kdo jednal ve stavu snížené přičetnosti, která však zůstala závažná.

§ 2. Totéž může učinit soudce, jestliže se objeví jiná okolnost, která snižuje závažnost skutku.

§ 3. Za okolností uvedených v § 1 nepodléhá pachatel samočinnému trestu, lze mu však uložit mírnější tresty nebo trestní pokání, aby se napravil nebo aby bylo odstraněno pohoršení.

**Kán. 1325** – Nevědomost hrubá nebo z nedbalosti nebo úmyslná nemůže být nikdy důvodem pro aplikaci ustanovení kán. 1323 a 1324.

**Kán. 1326** – § 1. Soudce musí uložit těžší trest, než stanoví zákon nebo příkaz:

1. tomu, kdo po uložení nebo vyhlášení trestu pokračoval v trestné činnosti, když lze z okolností usoudit, že je zatvrzelý ve zlé vůli;  
2. tomu, kdo má nějakou hodnost nebo k trestné činnosti zneužil svou autoritu nebo úřad;  
3. tomu, kdo i když mu byl stanoven trest za nedbalostní trestný čin, předvídal následek, a přesto neučinil k jeho zabránění opatření, která by učinil každý jiný pečlivý člověk.  
4. tomu, kdo spáchal trestný čin v opilosti nebo ve stavu jiného duševního rozrušení, které si přivodil s úmyslem spáchat trestný čin nebo se z něj vyvinut, nebo z důvodu dobrovolně vyvolané nebo živené vášně.

§ 2. V případech, o nichž pojednává § 1, jestliže je stanoven samočinný trest, lze uložit ještě další trest nebo trestní pokání.

§ 3. Ve stejných případech se trest, který je stanoven jako fakultativní, stává obligatorním.

§ 3. In iisdem casibus, si poena constituta sit ut facultativa, fit obligatoria.

**Can. 1327** - Lex particularis potest alias circumstantias eximentes, attenuantes vel aggravantes, praeter casus de quibus in cann. 1323-1326, statuere, sive generali norma, sive pro singulis delictis. Item in praecepto possunt circumstantiae statui, quae a poena praecepto constituta eximant, vel eam attenuent vel aggravent.

**Can. 1328** - § 1. Qui aliquid ad delictum patrandum egit vel omisit, nec tamen, praeter suam voluntatem, delictum consummavit, non tenetur poena in delictum consummatum statuta, nisi lex vel praeceptum aliter caveat.

§ 2. Quod si actus vel omissiones natura sua ad delicti executionem conducant, auctor potest paenitentiae vel remedio poenali subici, nisi sponte ab incepta delicti executione destiterit. Si autem scandalum aliudve grave damnum vel periculum evenerit, auctor, etsi sponte destiterit, iusta potest poena puniri, levioere tamen quam quae in delictum consummatum constituta est.

**Can. 1329** - § 1. Qui communi delinquendi consilio in delictum concurrunt, neque in lege vel praecepto expresse nominantur, si poenae ferendae sententiae in auctorem principalem constitutae sint, iisdem poenis subiciuntur vel aliis eiusdem vel minoris gravitatis.

§ 2. In poenam latae sententiae delicto adnexam incurrunt complices, qui in lege vel praecepto non nominantur, si sine eorum opera delictum patratum non esset, et poena sit talis naturae, ut ipsos afficere possit; secus poenis ferendae sententiae puniri possunt.

**Can. 1330** - Delictum quod in declaratione consistat vel in alia voluntatis vel doctrinae vel scientiae manifestatione, tamquam non consummatum censendum est, si nemo eam declarationem vel manifestationem percipiat.

**Kán. 1327** – Partikulární zákon může stanovit další osvobozující, polehčující nebo přitěžující okolnosti kromě těch, které jsou uvedeny v kán. 1323 až 1326, a to buď obecnou normou, nebo pro jednotlivé trestné činy. Rovněž v příkazu mohou být stanoveny okolnosti osvobozující, polehčující nebo přitěžující oproti trestu stanovenému příkazem.

**Kán. 1328** – § 1. Kdo něco vykonal nebo opomenul s úmyslem dopustit se trestného činu, ale bez vlastní vůle skutek nedokonil, podléhá trestu za dokonání trestný čin pouze tehdy, jestliže tak stanoví zákon nebo příkaz.  
§ 2. Pokud jednání nebo opomenutí vede svou povahou ke spáchání trestného činu, může být pachatel stížen trestním pokáním nebo trestním opatřením, jestliže sám od sebe neupustil od započatého páchaní trestného činu. Pokud pachatel způsobil pohoršení, jinou velkou škodu nebo nebezpečí, může být přesto postižen spravedlivým trestem i v případě, že sám od sebe trestného konání zanechal, avšak mírnějším, než je stanoven za dokonání trestný čin.

**Kán. 1329** – § 1. Osoby, které po vzájemné dohodě společně páchají trestný čin, i když nejsou v zákoně nebo příkazu výslovně zmíněny, podléhají týmž trestům, účinným až po odsuzujícím rozhodnutí, které jsou stanoveny pro hlavního pachatele, nebo jiným trestům stejným nebo mírnějším.

§ 2. Do samočinného trestu, kterým je trestný čin postihován, upadají všichni spolupachatelé, i když se o nich zákon nebo příkaz nezmiňuje, jestliže by bez jejich přičinění k trestnému činu nedošlo a jestliže je trest takové povahy, že může postihnout i je. Jinak mohou být potrestáni uloženými tresty.

**Kán. 1330** – Trestný čin, který spočívá v prohlášení nebo jiném projevu vůle, nauky nebo vědění, je nutno považovat za nedokonání, jestliže se nikdo o tomto prohlášení nebo projevu nedověděl.

TITULUS IV  
DE POENIS ALIISQUE PUNITIONIBUS  
CAPUT I  
DE CENSURIS

STAŤ IV  
TRESTY A TRESTÁNÍ  
HLAVA 1  
NÁPRAVNÉ TRESTY

**Can. 1331** - § 1. Excommunicatus prohibetur:

- 1° Eucharistiae Sacrificium et reliqua sacramenta celebrare;
- 2° sacramenta recipere;
- 3° sacramentalia administrare et reliquas cultus liturgici caeremonias celebrare;
- 4° in celebrationibus antea recensitis ullam partem activam habere;
- 5° ecclesiastica officia, munera, ministeria et functiones exercere;
- 6° actus regiminis ponere.

§ 2. Quod si excommunicatio ferendae sententiae irrogata vel latae sententiae declarata sit, reus:

- 1° si agere velit contra praescriptum § 1, nn. 1-4, est arcendus aut a liturgica actione est cessandum, nisi gravis obstet causa;
- 2° invalide ponit actus regiminis, qui ad normam § 1, n. 6, sunt illiciti;
- 3° prohibetur frui privilegiis antea concessis;
- 4° retributiones, quae ob titulum mere ecclesiasticum habeat, non acquirunt;
- 5° inhabilis est ad consequenda officia, munera, ministeria, functiones, iura, privilegia et titulos honorificos.

**Can. 1332** - § 1. Interdictus tenetur prohibitionibus, de quibus in can. 1331, § 1, nn. 1-4.

§ 2. Lex tamen vel praeceptum interdictum definire eo modo potest, ut tantum quaedam singulares actiones, de quibus in can. 1331, § 1, nn. 1-4, vel alia quaedam singularia iura reo prohibeantur.

§ 3. Etiam in casu interdicti praescriptum can. 1331, § 2, n. 1, servandum est.

**Can. 1333** - § 1. Suspendio prohibet:

- 1° omnes vel aliquos actus potestatis ordinis;
- 2° omnes vel aliquos actus potestatis regiminis;
- 3° exercitium omnium vel aliquorum iurium vel munerum officio inhaerentium.

§ 2. In lege vel praecepto statui potest, ut post sententiam vel decretum, quae poenam irrogant vel declarant, actus regiminis suspensus valide ponere nequeat.

§ 3. Prohibitio numquam afficit:

- 1° officia vel regiminis potestatem, quae non sint sub potestate Superioris poenam constituentis;
- 2° ius habitandi, si quod reus ratione officii habeat;
- 3° ius administrandi bona, quae ad ipsius suspensi officium forte pertineant, si poena sit latae sententiae.

**Kán. 1331** – § 1. Exkomunikovanému se zakazuje:

1. slavit eucharistickou obět' a všechny ostatní svátosti;
2. přijímat svátosti;
3. vysluhovat svátostiny a ostatní úkony liturgického kultu;
4. mít jakoukoliv aktivní účast na výše uvedených slaveních;
5. vykonávat jakýkoliv církevní úřad, úkol, službu či funkci;
6. konat úkony z moci řízení.

§ 2. V případě, že exkomunikace byla uložena nebo byla jako samočinná vyhlášena:

1. je pachateli nutno zabránit, aby jednal v rozporu s ustanoveními § 1 odstavce 1 až 4, anebo je nutno upustit od liturgického úkonu, nebrání-li tomu závažný důvod;
2. pachatelovy úkony z moci řízení, které mu nejsou dovoleny podle § 1 odstavec 6, jsou neplatné;
3. pachatel nesmí užívat dříve udělených privilegií;
4. pachateli nepřísluší žádná odměna plynoucí z čistě církevního titulu;
5. pachatel je nezpůsobilý nabývat úřady, úkoly, služby, funkce, oprávnění, privilegia a čestné tituly.

**Kán. 1332** – § 1. Potrestaný interdiktem je vázán zákazy uvedenými v kán. 1331 § 1 odst. 1 až 4.

§ 2. Zákon nebo příkaz mohou však interdiktu vymezit tak, aby byly pachateli zakázány jen některé jednotlivé úkony uvedené v kán. 1331 § 1 odst. 1 až 4, nebo jiná jednotlivá práva.

§ 3. I v případě interdiktu je nutno zachovat ustanovení kán. 1331 § 2 odst. 1.

**Kán. 1333** – § 1. Suspendio zakazuje:

1. všechny, nebo některé úkony z moci svěcení;
  2. všechny, nebo některé úkony z moci řízení;
  3. výkon všech, nebo některých práv nebo úkolů spojených s úřadem.
- § 2. Zákon nebo příkaz může stanovit, že po rozsudku nebo rozhodnutí, jimiž se ukládá nebo vyhláší trest, nemůže suspendovaný platně konat úkony z moci řízení.
- § 3. Zákaz se nikdy netýká:
1. úřadů nebo moci řízení, které nepodléhají moci představeného, jenž stanovil trest;
  2. práva na bydlení, které pachateli náleží z důvodu úřadu;
  3. práva spravovat majetek, který případně patří k úřadu suspendovaného, jestliže šlo o samočinný trest.

§ 4. Suspendio prohibens fructus, stipendium, pensiones aliave eiusmodi percipere, obligationem secumfert restituendi quidquid illegitime, quamvis bona fide, perceptum sit.

**Can. 1334** - § 1. Suspensionis ambitus, intra limites in canone praecedenti statutos, aut ipsa lege vel praecepto definitur, aut sententia vel decreto quo poena irrogatur.

§ 2. Lex, non autem praeceptum, potest latae sententiae suspensionem, nulla addita determinatione vel limitatione, constituere; eiusmodi autem poena omnes effectus habet, qui in can. 1333, § 1 recensentur.

**Can. 1335** - § 1. Si censuram infligat vel declaret in processu iudiciali aut per decretum extra iudicium, auctoritas competens potest quoque eas poenas expiatorias imponere, quas ad iustitiam restituendam vel ad scandalum reparandum necessarias censeat.

§ 2. Si censura prohibeat celebrare sacramenta vel sacramentalia vel ponere actum potestatis regiminis, prohibitio suspenditur, quoties id necessarium sit ad consulendum fidelibus in mortis periculo constitutis; quod si censura latae sententiae non sit declarata, prohibitio praeterea suspenditur, quoties fidelis petit sacramentum vel sacramentale vel actum potestatis regiminis; id autem petere ex qualibet iusta causa licet.

## CAPUT II DE POENIS EXPIATORIIS

**Can. 1336** - § 1. Poenae expiatoriae, quae delinquentem afficere possunt aut in perpetuum aut in tempus praefinitum aut in tempus indeterminatum, praeter alias, quas forte lex constituerit, sunt quae in §§ 2-5 recensentur.

§ 2. Praescriptio:

1° commorandi in certo loco vel territorio;

2° solvendi mulctam pecuniariam seu summam pecuniae in fines Ecclesiae, iuxta rationes ab Episcoporum conferentia definitas.

§ 3. Prohibitio:

1° commorandi in certo loco vel territorio;

2° exercendi, ubique aut in certo loco vel territorio aut extra illa, omnia vel aliqua officia, munera, ministeria aut functiones vel aliqua tantum opera officiis aut muneribus inhaerentia;

3° ponendi omnes vel aliquos actus potestatis ordinis;

4° ponendi omnes vel aliquos actus potestatis regiminis;

§ 4. Pokud suspenze zakazuje přijímat užitky, stipendia, pravidelné příjmy a podobné požitky, zahrnuje také povinnost nahradit, co bylo přijato nezákonně, byť v dobré víře.

**Kán. 1334** – § 1. Rozsah suspenze v mezích stanovených předcházejícím kánonem určí buď zákon sám či příkaz, nebo rozsudek či rozhodnutí, kterým se ukládá.

§ 2. Zákon, ne však příkaz, může stanovit samočinnou suspenzi bez uvedení rozsahu nebo omezení; takový trest má všechny účinky uvedené v kán. 1333 § 1.

**Kán. 1335** – § 1. Jestliže příslušná autorita na základě soudního procesu nebo rozhodnutím v mimosoudním řízení uloží nebo vyhlásí nápravný trest, může rovněž uložit takové pořádkové tresty, které považuje za nutné pro nápravu spravedlnosti nebo odstranění pohoršení.

§ 2. Jestliže nápravný trest zakazuje udělovat svátosti nebo svátostiny nebo konat úkony z moci řízení, zákaz se pozastavuje, kdykoliv je to nutné pro věřící, kteří jsou v nebezpečí smrti. Jestliže samočinný nápravný trest není vyhlášen, zákaz se kromě toho pozastavuje v případě, že věřící žádá svátost nebo svátostinu nebo úkon z moci řízení; to je dovoleno žádat z jakéhokoliv spravedlivého důvodu.

## HLAVA 2 POŘÁDKOVÉ TRESTY

**Kán. 1336** – § 1. Pořádkové tresty, které mohou postihnout pachatele buď natrvalo, nebo na dobu určitou či neurčitou, jsou kromě jiných, které případně stanovil zákon, tresty uvedené v § 2 až 5:

§ 2. Příkaz:

1. pobývat na určitém místě nebo území;

2. uhradit pokutu neboli peněžitý obnos pro církevní účely, podle pravidel stanovených biskupskou konferencí.

§ 3. Zákaz:

1. pobývat na určitém místě nebo území;

2. vykonávat všude nebo jen na některém místě či území nebo mimo ně veškeré nebo jen některé úřady, úkoly, služby nebo funkce, nebo jen některé úkony náležející k úřadům nebo úkolům;

3. činit všechny nebo některé úkony z moci svěcení;

4. činit všechny nebo některé úkony z moci řízení;

5° exercendi aliquod ius vel privilegium aut utendi insignibus vel titulis;

6° fruendi voce activa vel passiva in electionibus canonicis vel partem habendi cum iure ferendi suffragium in consiliis vel collegiis ecclesialibus;

7° deferendi habitum ecclesiasticum vel religiosum.

§ 4. Privatio:

1° omnium vel aliquorum officiorum, munerum, ministeriorum aut functionum vel aliquorum tantum operum officiis aut muneribus inhaerentium;

2° facultatis confessiones excipiendi vel praedicandi;

3° potestatis regiminis delegatae;

4° alicuius iuris vel privilegii aut insignium vel tituli;

5° totius vel partis remunerationis ecclesiasticae, iuxta rationes ab Episcoporum conferentia statutas, salvo quoque praescripto can. 1350, § 1.

§ 5. Dimissio e statu clericali.

**Can. 1337** - § 1. Prohibitio commorandi in certo loco vel territorio sive clericos sive religiosos afficere potest; praescriptio autem commorandi, clericos saeculares et, intra limites constitutionum, religiosos.

§ 2. Ut praescriptio commorandi in certo loco vel territorio irrogetur, accedat oportet consensus Ordinarii illius loci, nisi agatur de domo extradioecesanis quoque clericis paenitentibus vel emendandis destinata.

**Can. 1338** - § 1. Poenae expiatoriae, quae in can. 1336 recensentur, numquam afficiunt potestates, officia, munera, iura, privilegia, facultates, gratias, titulos, insignia, quae non sint sub potestate Superioris poenam constituentis.

§ 2. Potestatis ordinis privatio dari nequit, sed tantum prohibitio eam vel aliquos eius actus exercendi; item dari nequit privatio graduum academicorum.

§ 3. De prohibitionibus, quae in can. 1336, § 3, indicantur, norma servanda est, quae de censuris datur in can. 1335, § 2.

§ 4. Latae sententiae eae tantum poenae expiatoriae esse possunt, quae ut prohibitiones in can. 1336, § 3, recensentur vel aliae quae forte lege aut praecepto constitutae sint.

§ 5. Prohibitiones de quibus in can. 1336, § 3, numquam sunt sub poena nullitatis.

5. vykonávat určitá práva nebo privilegia nebo užívat hodností nebo titulů;

6. požívat aktivního nebo pasivního volebního práva při kanonických volbách nebo užívat práva hlasovat v církevních radách nebo kolegiích;

7. nosit církevní nebo řeholní oděv.

§ 4. Zbavení:

1. všech nebo některých úřadů, úkolů, služeb nebo funkcí nebo jen některých úkonů náležejících k úřadům nebo úkolům;

2. pověření zpovídat nebo kázat;

3. delegované moci řízení;

4. některých práv nebo privilegií nebo hodností či titulů;

5. všech církevních požitků nebo jejich částí podle pravidel stanovených biskupskou konferencí, při zachování ustanovení kán. 1350 § 1.

§ 5. Propuštění z klerického stavu.

**Kán. 1337** – § 1. Zákazem pobývat na určitém místě nebo území mohou být potrestáni jak klerici, tak řeholníci; příkazem pobývat na určitém místě nebo území jak světští klerici, tak v mezích řeholních stanov i řeholníci.

§ 2. K uložení příkazu pobývat na určitém místě nebo území je třeba souhlas ordináře toho místa, pokud se nejedná o dům, určený pro pokání nebo nápravu i pro kleriky z jiných diecézí.

**Kán. 1338** – § 1. Pořádkové tresty, uvedené v kán. 1336, se nikdy netýkají moci, úřadů, úkolů, práv, privilegií, zmocnění, výhod, titulů a insignií, jež nepodléhají představenému, který trest stanovil.

§ 2. Nelze zbavit moci svěcení, je možné pouze zakázat její výkon, a to buď zcela, nebo částečně; rovněž nelze zbavit akademických titulů.

§ 3. O zákazech, které jsou uvedeny v kán. 1336 § 3, je nutno zachovat ustanovení o nápravných trestech uvedená v kán. 1335 § 2.

§ 4. Jako samočinné lze stanovit pouze ty pořádkové tresty, které jsou uvedené jako zákazy v kán. 1336 § 3, nebo jiné pořádkové tresty, které jsou eventuálně ustanovené zákonem nebo příkazem.

§ 5. Zákazy uvedené v kán. 1336 § 3 nemají nikdy za následek neplatnost.



CAPUT III  
DE REMEDIIS POENALIBUS ET PAENITENTIIS

**Can. 1339** - § 1. Eum, qui versatur in proxima delinquendi occasione, vel in quem, ex investigatione peracta, gravis cadit suspicio delicti commissi, Ordinarius per se vel per alium monere potest.

§ 2. Eum ex cuius conversatione scandalum vel gravis ordinis perturbatio oriatur, Ordinarius corripere potest, modo peculiaribus personae et facti condicionibus accommodato.

§ 3. De monitione et correptione constare semper debet saltem ex aliquo documento, quod in secreto curiae archivo servetur.

§ 4. Si, semel vel pluries, monitiones vel correptiones inutiliter alicui factae sint, vel si ex iis effectus expectare non liceat, Ordinarius de praeeptum poenale, in quo accurate praescribat quid agendum vel vitandum sit.

5. Si casus gravitas ferat, ac praesertim si quis versetur in periculo relabendi in delictum, eum Ordinarius, etiam praeter poenas ad normam iuris irrogatas vel declaratas per sententiam vel decretum, submittat vigilantiae modo per decretum singulare determinato.

**Can. 1340** - § 1. Paenitentia, quae imponi potest in foro externo, est aliquod religionis vel pietatis vel caritatis opus peragendum.

§ 2. Ob transgressionem occultam numquam publica imponatur paenitentia.

§ 3. Paenitentias Ordinarius pro sua prudentia addere potest poenali remedio monitionis vel correptionis.

TITULUS V  
DE POENARUM APPLICATIONE

**Can. 1341** - Ordinarius proceduram iudicalem vel administrativam ad poenas irrogandas vel declarandas promovere debet cum perspexerit neque pastoralis sollicitudinis viis, praesertim fraterna correctione, neque monitione neque correptione satis posse iustitiam restitui, reum emendari, scandalum reparari.

**Can. 1342** - § 1. Quoties iustae obstant causae ne iudicialis processus fiat, poena irrogari vel declarari potest per decretum extra iudicium, servato can. 1720, praesertim quod attinet ad ius defensionis atque ad moralem certitudinem in animo eius qui decretum fert ad normam can. 1608. Remedia poenalia et paenitentiae applicari possunt per decretum in quolibet casu.

HLAVA 3  
TRESTNÍ OPATŘENÍ A TRESTNÍ POKÁNÍ

**Kán. 1339** – § 1. Ordinář může osobně nebo prostřednictvím jiného napomenout toho, kdo je v blízké příležitosti ke spáchání trestného činu, nebo toho, kdo je po provedeném šetření vážně podezřelý ze spáchání trestného činu.

§ 2. Ordinář může udělit důtku způsobem přiměřeným specifickým okolnostem osoby a skutku tomu, jehož chování způsobuje pohoršení nebo závažné porušení pořádku.

§ 3. Uložení napomenutí nebo důtky musí být zjistitelné alespoň z nějakého dokumentu uloženého v tajném archivu kurie.

§ 4. Když někomu bylo jednou nebo vícekrát bezvýsledně uděleno napomenutí či důtka nebo nelze očekávat, že budou účinné, vydá ordinář trestní příkaz, v němž přesně popíše, co má uvedený vykonat nebo čeho se má zdržet.

§ 5. Pokud to vyžaduje závažnost případu, a především pokud hrozí, že někdo trestné jednání zopakuje, ordinář ho podřídí dohledu způsobem určeným ve svém rozhodnutí, a to nad rámec trestů, rozsudkem či rozhodnutím legitimně uložených nebo vyhlášených.

**Kán. 1340** – § 1. Trestní pokání, které se může udělit pro vnější obor, obsahuje povinnost vykonat nějaký úkon víry nebo zbožnosti nebo křesťanské lásky.

§ 2. Za tajný trestný čin se nikdy neukládá veřejné pokání.

§ 3. Ordinář může k trestnímu opatření, uloženému ve formě napomenutí nebo důtky, podle svého moudrého uvážení připojit trestní pokání.

STAŤ V  
UKLÁDÁNÍ TRESTŮ

**Kán. 1341** – Ordinář musí zahájit soudní nebo správní řízení za účelem uložení nebo vyhlášení trestu vždy, když zjistil, že ani cestou pastoračního úsilí, především bratrským upozorněním, napomenutím nebo důtkou, nelze dostatečně obnovit spravedlnost, napravit pachatele a odstranit pohoršení.

**Kán. 1342** – § 1. Kdykoliv spravedlivé důvody brání, aby bylo užito soudního řízení, může být trest uložen nebo vyhlášen v mimosoudním řízení, a to při dodržení kán. 1720, zejména pokud jde o právo na obhajobu a pokud jde o morální jistotu toho, kdo podle ustanovení kán. 1608 vydává rozhodnutí. Trestní opatření a trestní pokání mohou být uloženy správním rozhodnutím v kterémkoliv případě.

§ 2. Per decretum irrogari vel declarari non possunt poenae perpetuae, neque poenae quas lex vel praeceptum eas constituens vetet per decretum applicare.

§ 3. Quae in lege vel praecepto dicuntur de iudice, quod attinet ad poenam irrogandam vel declarandam in iudicio, applicanda sunt ad Superiorem, qui per decretum extra iudicium poenam irroget vel declaret, nisi aliter constet neque agatur de praescriptis quae ad procedendi tantum rationem attineant.

**Can. 1343** - Si lex aut praeceptum iudici facultatem concedat applicandi vel non applicandi poenam, iste, salvo praescripto can. 1326, § 3, rem definiat, pro sua conscientia et prudentia, iuxta id quod expostulant iustitiae restitutio, rei emendatio et scandali reparatio; iudex autem his in casibus potest etiam, si res ferat, poenam temperare vel in eius locum poenitentiam imponere.

**Can. 1344** - Etiam si lex utatur verbis praeceptivis, iudex pro sua conscientia et prudentia potest:

1° poenae irrogationem in tempus magis opportunum differre, si ex praepropera rei punitione maiora mala eventura praevideantur, nisi necessitas urgeat scandalum reparandi;

2° a poena irroganda abstinere vel poenam mitiorem irrogare aut poenitentiam adhibere, si reus emendatus sit, necnon scandalum et damnum forte illatum reparaverit, aut si ipse satis a civili auctoritate punitus sit vel punitum iri praevideatur;

3° obligationem servandi poenam expiatoriam suspendere, si reus primum post vitam laudabiliter peractam deliquerit neque necessitas urgeat reparandi scandalum, ita tamen ut, si reus intra tempus ab ipso iudice determinatum rursus deliquerit, poenam utriusque delicto debitam luat, nisi interim tempus decurrerit ad actionis poenalis pro priore delicto praescriptionem.

**Can. 1345** - Quoties delinquens vel usum rationis imperfectum tantum habuerit, vel delictum ex necessitate vel gravi metu aut passionis aestu vel, salvo praescripto can. 1326, § 1, n. 4, in ebrietate aliave simili mentis perturbatione patruerit, iudex potest etiam a qualibet punitione irroganda abstinere, si censeat aliter posse melius consuli eius emendationi; reus tamen puniri debet si aliter ad iustitiam restituendam, et scandalum forte illatum reparandum provideri non possit.

§ 2. Správním rozhodnutím nemohou být uloženy nebo vyhlášeny trvalé tresty ani tresty, které zákon nebo příkaz, který je stanovil, zakazuje uložit správním rozhodnutím.

§ 3. Co stanoví zákon nebo příkaz o soudci, pokud se týká uložení trestu nebo jeho vyhlášení soudem, je nutno aplikovat na představeného, který mimosoudním rozhodnutím ukládá nebo vyhlašuje trest, pokud není stanoveno něco jiného nebo se nejedná o předpisy, které se týkají pouze procesních otázek.

**Kán. 1343** – Jestliže zákon nebo příkaz umožňuje soudci uložit, nebo neuložit trest, musí soudce, při zachování ustanovení kán. 1326 § 3, věc rozhodnout dle svého svědomí a moudrého uvážení podle toho, co vyžaduje náprava pachatele a odstranění pohoršení; soudce však v těchto případech, je-li potřeba, může také trest zmírnit nebo místo něj uložit trestní pokání.

**Kán. 1344** – I když zákon používá příkazovacích slov, může soudce podle svého svědomí a moudrého uvážení:

1. odložit uložení trestu na vhodnější dobu, lze-li usuzovat, že ukvapené potrestání pachatele způsobí větší zlo, pokud tu nenastala nutnost odstranit pohoršení;

2. upustit od uložení trestu nebo uložit mírnější trest nebo trestní pokání, jestliže se pachatel napravil a rovněž bylo odstraněno pohoršení a nahrazena případná škoda, nebo jestliže byl dostatečně potrestán světskou autoritou nebo se předvídá, že jí bude potrestán;

3. odložit či pozastavit výkon pořádkového trestu, jestliže pachatel spáchal trestný čin poprvé po bezúhonném životě a není naléhavě nutné odstranit pohoršení, avšak pod podmínkou, že dopustí-li se pachatel znovu trestného činu v době stanovené soudcem, bude mu uložen trest za oba trestné činy, pokud se mezitím nepromlčí trestní žaloba dřívějšího trestného činu.

**Kán. 1345** – Jestliže pachatel měl pouze nedostatečné užívání rozumu nebo spáchal trestný čin z nutnosti nebo vážného strachu nebo návalu vášně nebo, při zachování ustanovení kán. 1326 § 1 odst. 4, v opilosti nebo jiném podobném rozrušení myslí, může soudce upustit od potrestání, pokud má za to, že lze dosáhnout jeho nápravy jiným způsobem; pachatele však musí potrestat, pokud nelze jinak obnovit spravedlnost nebo odstranit případné pohoršení.

**Can. 1346** - § 1. Ordinarie tot poenae quot delicta.

§ 2. Quoties vero reus plura delicta pataverit, si nimius videatur poenarum ferendae sententiae cumulus, prudenti iudicis arbitrio relinquitur poenas intra aequos terminos moderari, et eum vigilantiae subicere.

**Can. 1347** - § 1. Censura irrogari valide nequit, nisi antea reus semel saltem monitus sit ut a contumacia recedat, dato congruo ad resipiscentiam tempore.

§ 2. A contumacia recessisse dicendus est reus, quem delicti vere paenituerit, quique praeterea congruam scandalum et damni reparationem dederit vel saltem id praestare serio promiserit.

**Can. 1348** - Cum reus ab accusatione absolvitur vel nulla poena ei irrogatur, Ordinarius potest opportunis monitis aliisque pastoralis sollicitudinis viis, vel etiam, si res ferat, poenalibus remediis eius utilitati et publico bono consulere.

**Can. 1349** - Si poena sit indeterminata neque aliud lex caveat, iudex in poenis determinandis eas eligat quae inducto scandalo et damni gravitati proportionatae sint; poenas tamen graviores ne irroget, nisi casus gravitas id omnino postulet; perpetuas autem poenas irrogare non potest.

**Can. 1350** - § 1. In poenis clerico irrogandis semper cavendum est, ne iis quae ad honestam sustentationem sunt necessaria ipse careat, nisi agatur de dimissione e statu clericali.

§ 2. Dimisso autem e statu clericali, qui propter poenam vere indigeat, Ordinarius meliore quo fieri potest modo providere curet, exclusa vero collatione officii, ministerii vel muneris.

**Can. 1351** - Poena reum ubique tenet, etiam resoluta iure eius qui poenam constituit, irrogavit vel declaravit, nisi aliud expresse caveatur.

**Can. 1352** - § 1. Si poena prohibeat recipere sacramenta vel sacramentalia, prohibitio suspenditur, quamdiu reus in mortis periculo versatur.

§ 2. Obligatio servandi poenam latae sententiae, quae neque declarata sit neque sit notoria in loco ubi delinquens versatur,

**Kán. 1346** – § 1. Obvykle se ukládá tolik trestů, kolik bylo spácháno trestných činů.

§ 2. Jestliže však pachatel spáchal více trestných činů a součet ukládaných trestů se jeví jako příliš veliký, ponechává se na rozumném uvážení soudce, aby tresty v přiměřených mezích zmírnil a pachatele podrobil dohledu.

**Kán. 1347** – § 1. Nápravný trest může být platně uložen až tehdy, jestliže předtím byl pachatel alespoň jednou napomenut, aby upustil od své zatvrzelosti, a byla mu poskytnuta přiměřená lhůta k nápravě.

§ 2. Má se za to, že pachatel upustil od zatvrzelosti, jestliže trestného činu opravdu litoval, náležitě odstranil pohoršení a nahradil škodu, nebo to alespoň vážně přislíbil.

**Kán. 1348** – Jestliže byl pachatel zproštěn obžaloby nebo mu nebyl uložen žádný trest, může ordinář zajistit jeho prospěch a veřejné blaho vhodným napomenutím a jinými způsoby pastorační péče nebo, je-li to nutné, trestními opatřeními.

**Kán. 1349** – Je-li trest neurčitý a zákon nic jiného nestanoví, soudce při ukládání trestů uloží takový trest, který je přiměřený způsobenému pohoršení a vzniklé škodě; ať však neukládá těžší tresty, pokud to nutně nevyžaduje závažnost případu; nesmí však uložit trvalé tresty.

**Kán. 1350** – § 1. U trestů ukládaných klerikům je vždy třeba dbát, aby neztratili prostředky nutné k slušné obživě, pokud se nejedná o propuštění z klerického stavu.

§ 2. O propuštěného z klerického stavu, který se pro trest ocitl v opravdové nouzi, se ordinář postará co možná nejvhodnějším způsobem, ne však udělením úřadu, služby nebo úkolu.

**Kán. 1351** – Trest zavazuje pachatele všude, a to i poté, kdy ten, kdo trest stanovil, uložil nebo vyhlásil, pozbyl svůj úřad, pokud není výslovně stanoveno jinak.

**Kán. 1352** – § 1. Jestliže trest zakazuje přijmout svátosti nebo svátostiny, zákaz se pozastavuje po dobu, kdy je pachatel v nebezpečí smrti.

§ 2. Povinnost podrobit se samočinnému trestu, jestliže trest není vyhlášený či není v místě, kde se pachatel zdržuje, obecně známý, se pozastavuje zcela nebo zčásti, pokud jej pachatel nemůže zachovat bez nebezpečí závažného pohoršení nebo ztráty dobré pověsti.

eatenus ex toto vel ex parte suspenditur, quatenus reus eam servare nequeat sine periculo gravis scandali vel infamiae.

**Can. 1353** - Appellatio vel recursus a sententiis iudicialibus vel a decretis, quae poenam quamlibet irrogent vel declarent, habent effectum suspensivum.

TITULUS VI  
DE POENARUM REMISSIONE ET DE ACTIONUM  
PRAESCRPTIONE

**Can. 1354** - § 1. Praeter eos, qui in cann. 1355-1356 recensentur, omnes, qui a lege, quae poena munita est, dispensare possunt vel a praecepto poenam comminanti eximere, possunt etiam eam poenam remittere.

§ 2. Potest praeterea lex vel praeceptum, poenam constituens, aliis quoque potestatem facere remittendi.

§ 3. Si Apostolica Sedes poenae remissionem sibi vel aliis reservaverit, reservatio stricte est interpretanda.

**Can. 1355** - § 1. Poenam lege constitutam, quae sit ferendae sententiae irrogata vel latae sententiae declarata, dummodo non sit Apostolicae Sedi reservata, remittere possunt:

1° Ordinarius, qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit;

